

Cartola de accepto mundio


721 maggio 12, Piacenza

Archivio di Stato di Milano, Museo Diplomatico.
Provenienza: Archivio del Monastero di Sant'Ambrogio.
Pergamena, mm 250 x 485.

dettaglio : il nome "Anstruda"

Regesto

Anstruda, detta anche Anserada, figlia di Autareno, riceve da Sigirad e Arochis, fratelli, tre soldi d'oro, quale mundio, per avere sposato un loro servo.



[Trascrizione di Alfio Rosario Natale. Rispetto al documento originale, è stata aggiunta la punteggiatura e si sono sciolte le abbreviazioni]

Regnante domno nostro Liutprand, viro excellentissimo, rege in Italia, anno piaeatatis eius nono, duodecima diae mensis madiarum, in dictione quarta. Scripsi ego Vitalis, vir religiosus, subdiaconus, exceptor civitatis Placentinae, rogatus et petitus ad Anstruda mulierem, ipsa tamen praesentem mihi dictantem et praesentia testium mano sua propria subter signum sancte crucis facientem; qua constat me accepisisit et in praesenti accepi ad Sigirad et Arochis, viris devotis, germanis, civis Sepriasca, havitaturis locum qui dicitur Campeliune, mundio pro stato meo auri solidos numero tres, pro eo quod servus vester in coniugio tuli; ea vero scilicet rationem, ut ab hac dicta diae in mundio suprascriptis Sigirado et Arochis permaneat; sicut et alias mundiatas ipsorum, nec ullum umquam tempore se possit iamdicta Anstruda de ipsorum mundio subtraere; sed, ut supra dixemus, ab hac diae diaebus vitae meae semperquem in mundio Sigirad et Arochis vel ab heredibus ipsorum permanere deveant; et si ex ipso coito filii aut filias procreati fuerint, masculini vero semperquem in vestro mundio permaneant, feminas vero qui nata si fuerint, quando ad maritum ambolaverit, dit unaquis mundio suum per caput, sicut in suprascripta genetricim ipsorum datum est. Et si forsitan iam sepiam dicta Anserada de ipsorum suprascriptorum mundio subtraere voluerit, non haveat licentia, sed ab hac diae praenominatis Sigirad et Arochis vel ipsorum heredis, quoco in tempore exire voluerit, conponat vobis vel ab heredibus vestris auri solidos decim; et hanc cartolam in sua maneat fermitatem. Actum Augusta Placentia.

- + Signum + manus Anstruda, qui hanc cartolam mundii pro stato suo fieri rogavit.
- + Signum + manus Authareni viri honesti genetur ipseius consentiens.
- + Signum + manus Benedico viri religiosi clerici testis.
- + Signum + manus Gaifrit viri devoti filii quondam Lopuni de Marinasco testis.
- + Ego Godefrit clericus uhic cartule de acceptum mundio rogatus ad Anstruda et Autharene ienitore ipseius testis suscripsi.
- + Ego Faustinus honestus presbiter uhic cartole de accepto mondio rogatus ad Anstruda et Autharene genitore ipseius testis suscripsi.
- + Ego Heldo honestus presbiter uhic cartole de accepto mundio rogatus ad Anstruda et Autharene genitur ipseius testis suscripsi.
- + Ego qui supra Vitalis vir religiosus subdiaconus scriptor huius cartole pos traditam conplevi et dedi.

Nota paleografica

Con la caduta dell'Impero Romano, l'uniformità che fino ad allora aveva caratterizzato la scrittura nelle diverse regioni dell'impero venne meno; ne conseguì il fenomeno che Giorgio Cencetti definì "particolarismo grafico". La scrittura di questa pergamena dell'VIII secolo è una delle "scritture dell'Italia settentrionale" in uso sul territorio longobardo: una corsiva nuova, "ricca di legamenti e disordinata" (così la presenta Armando Petrucci)